omibus. Treñ. j. Non eſt qui cõſoletur eam ex oibus ca-
ris eius. ſ. animã mortui. Hiere. xxv. Facta eſt terra eorũ
in deſolationẽ a facie ire colũbe. Ezech. xxxv. Dabo te in
deſolationẽ atqꝫ in deſertum: vrbeſqꝫ tuas demoliar letan
te vniuerſa terra in ſolitudinẽ te redigã. Quartũ eſt ꝗ for
titudo quãtacũqꝫ tpalis cito perit: vñ addit (ſubito). q. d.
licꝫ deſolatio ſequatꝛ in morte nõ eſſet tñ mirũ ſi diu poſ-
ſent viuere in delitijs ſi tũc diuitias ⁊ delitias ⁊ honores
appeterẽt: ſed hec ſumma ſtulticia eſt qꝛ eas appetũt ⁊ q̃-
runt: ⁊ tñ ſubito deficiunt tam ipi appetẽtes qꝫ ipſa appe
tita. Ezech. xiij. Ecce cecidit paries: nunq̃d dicetꝛ vbi
linitura quã liniſtis paries corpus noſtrũ eſt linitꝛ qñ fo-
uetur: cibatꝛ qñ precioſis veſtibus ⁊ pictis vel tinctis tegi
tur ſed ſtultũ eſt ꝓcioſos colores apponere parieti ruino-
ſo. Job. v. Vidi ſtultũ firma radice ⁊ maledixi pulchritu-
dini eius ſtatim. pſ. Vidi impiũ ſuperexaltatũ ⁊ ele. ſi. ce.
li. ⁊ tranſiui ⁊ ecce non erat q̃ſiui et nõ eſt inuentus locus
eius. Quintũ qđ intellexit eſt ꝗ tales expectat mors eter-
na: vnde addit (perierunt) eternaliter nõ iniuſte (ſed pro
pter iniquitatẽ ſuam). Job. vj. Tẽpore quo fuerint diſſi-
pati peribunt. tẽpus diſſipationis eſt mors in qua fit diſſi
patio et diuiſio: quia res diſſipatꝛ a parẽtibus vel potenti
bus aĩa a demonibus corpus a vermibus. Eccli. x. Cum
cũ morietꝛ homo hereditabit vermes beſtias ⁊ ſerpentes
ecce alia trina diſſipatio. hec tria mala q̃ in hoc verſu con
tinentꝛ etiam in aĩa in ꝓſenti fiunt. Prima deſolatio quã
do caret cõſolatione. pſ. Quare triſtis es anima mea ⁊c.
hanc autẽ ſequitꝛ defectus a bono. defectũ vo ſeq̃tur per-
ditio. Primũ accidie. Secundũ pigricie vł corporis. Ter
tium eſt deſperatiõis. Primũ impedit incipientes. Secũ-
dum opponitꝛ proficientibus. Tertiũ perfectis. Sextum
qđ intellexit eſt ꝗ omnia iſta tẽporalia ſunt falſa ⁊ vana.
vnde dicit.

Velut ſomniũ ſurgentiũ dñe in ciuitate 20
tua: imaginem ipſorum ad nihilũ rediges.

Velut ſomniũ ſurgentiũ) ⁊ eſt hic determiatio eius qđ
ꝓmiſit ſubito defecerũt. ſ. ipſi diuites vł diuitie (velut ſom
niũ ſurgen.) .i. ſicut quãdo aliq̃s ſomniauit ſe eſſe in mul-
tis diuitijs vel delitijs vel honoribus cuꝫ euigilat ⁊ ſurgit
de ſomno intelligit ꝗ illa habebat nõ in veritate ſed ſom-
niũ ⁊ vanitas erat: ſic iſti diuites q̃ modo dormiũt ⁊ qui-
eſcunt in iſtis tpalibus qñ in morte euigilabunt: tunc ꝑci
pient ſe non in veritate fuiſſe diuites: ſed ſicut ꝑ ſomniũ:
vñ alibi in pſ. Dormierũt ſomnũ ſuũ ⁊ nihil inue. oẽs vi.
di. in mani. ſuis. Eſa. xxix. Sicut ſomniat eſuriẽs ⁊ come-
dit cũ autẽ fuerit expgefactus vacua eſt aĩa eius: ſic erit
multitudo omniũ gentiũ q̃ dimicauerunt cõtra montẽ ſy
on. Job. xxvij. Diues cũ dormierit nihil ſecũ afferet. aperi
et oculos ſuos ⁊ nihil inueniet: apprehendet eum quaſi
aqua inopia. Et hoc apertius dicit cũ ſubiungit (domine
in ciuitate tua imaginẽ ipſoꝝ ad nihilũ rediges) .i. gloriã
temporalẽ q̃ ſicut imago apparet in iſto ſomnio: ſed hanc
excutiet euigilatio ⁊ hoc facies (in ciuitate tua) ſuperna
hieruſalẽ vbi nõ erit ſomniũ ſed veritas: ⁊ cum ipſi euigi-
lantes ſurgent in morte vel in iudicio: dicentes. aperi no-
bis: tunc (imaginẽ ipſoꝝ ad nihilũ rediges) quia nec am-
plius ſomniabũt nec ad veritatẽ in ciuitatẽ tuã intrabũt.
Math. xxv. Morã autẽ faciente ſponſo dormitauerunt
omẽs ⁊ dormierũt: media autẽ nocte dũ omẽs dormirent.
clamor factus eſt ecce ſponſus venit exite obuiã ei ⁊ que
parate erãt intrauerunt cũ eo ad nuptias ⁊ clauſa eſt ia-
nua. Nouiſſime autẽ venerunt ⁊ relique virgines. ſ. ſom-
niatrices dicentes. Dñe dñe aperi nobis: at ille reſpõdẽs
ait: Amẽ dico vobis: neſcio vos. ſic accidit ſomniantibus
huius mundi. Eccli. xxxiiij. Multos errare fecerunt ſom
nia et exciderunt ſperantes in illis. Item de prelatis ma-
lis (velut ſomniũ ſurgentiũ) tranſibit dignitatis eorũ glo
ria. Job. xx. Velut ſomniũ auolans non inuenietꝛ ſicut vi
ſio nocturna (domine in ciuitate tua) id eſt in eccleſia tua
(imaginẽ ipſorum) id eſt ipos prelatos inutiles qui ſunt
quaſi imagines quia adorantꝛ vt dij. Os habẽt ⁊ non lo-
quentꝛ predicando vel cantando: quid ergo faciunt de ore
manducãt ⁊ bibunt copioſe ⁊ ſplendide. Eccli. xxx. Quid
proderit libatio ydolo: neqꝫ cũ manducabit neqꝫ adora-
bitur. Zach. xj. O paſtor ⁊ ydolum derelinquẽs gregem:
iſtas (imagines ad nihilũ rediges) Eſa. xlj. Ventus ⁊ in-
ane ſimulchra eorum. Eſa. xix. Aſcendet dñs ſuper leueꝫ
nubem ⁊ egredietur egyptum ⁊ corruent oia ſimulachra
egypti. id eſt mundi Oſee. xiij. Erunt ſicut puluis turbine
raptus ex area ⁊ ſicut fumus de fumario: vel moraliter de
ciuitate religionis (domine in ciuitate tua) id eſt in religi-
one vbi debet eſſe ciuiũ vnitas in habitu exteriori ⁊ in ho
mine interiori (imaginẽ eorum) ſcꝫ temꝑaliũ imaginatio
nes (ad nihilũ rediges) quia ibi nõ debent cogitare de ſe-
cularibus vel tẽporalibus ſed ſolum de eternis. pſ. Cogi-
taui dies antiq̃s ⁊ annos eternos in mente habui. Phil.
iij. Conuerſatio noſtra in celis eſt. Poſſunt auteꝫ notari
plures cauſe quare temporalia dicuntꝛ ſomnia ſcđm pro-
prietatem ſomniorum.

P / Temꝑalia et ꝓñtia dicũ tur ſomnia ſcđm ꝓprie tates ſom- niorum.

Sicut homo in ſomno amplexatꝛ fantaſmata pro veri-
tate ſic homies mundani ꝓſentia pro eternis. pſ. Filij ho
minũ vt quid diligitis vanitatem ⁊c.

Sicut pro varietate infirmatũ eſt diuerſitas ſomnioꝝ
ſic diuerſitas morboꝝ ſpiritualiũ. cupiditas cũ facit ſom
niare diuitias. ſuperbia honorem. inanis gloria: famam.
luxuria delitias: et ſic de alijs: vnde Catho.

Somnia ne cures nam mens humana quod optat.

Dum vigilat ſperat per ſomniũ cernit idipſum. Eccles
v. Multas curas ſequuntꝛ ſomnia ⁊c.

Sicut ſtultus extollitur de ſomno: ita ſtulti huius mũ-

di de iſtis tempoꝛalibus extollunꝭ. Eccli. xxxiiij. Somnia
extollunt impꝛudentem.
¶ Sicut dyabolus i ſomnis ita diuitijs Eccli. xxxiiij. Coꝛ
tuũ fantaſias patiꝭ niſi ab altiſſimo fuerit immiſſa viſita-
tio. Lu. xxiij. Illuſerũt ei in veſte alba. alba veſtis ſunt di
uitie ⁊ honoꝛes.
¶ Sicut ſomnia exponunꝭ ꝑ oppoſitũ: ſic in iſtis. Lu. vj.
Ve vobis q̃ ſaturati eſtis q: eſurietis: et. xvj. Fili recoꝛda
re q: recepiſti bona in vita tua ⁊ lazarus ſiliter mala: nũc
aũt hic conſolaꝭ tu vo cruciaris.
¶ Sicut ſomnia faciunt timeri qð nõ eſt timendũ: ſic iſta
pſ. Ibi trepidauerunt timoꝛe vbi non eſt timoꝛ.
¶ Sicut ſomniũ facit credi de moꝛtuo ꝙ viuat: ſic diuitie
⁊ delitie. j. Thim. v. Vidua q̃ in delitijs eſt viuẽs moꝛtua
eſt. Apoc. iij. Nomẽ habes ꝙ viuas ⁊ moꝛtuus es.
¶ Sicut cũ euigilaꝭ a ſomno euaneſcũt oĩa ſic de iſtis: vñ
pſ. Nihil inuenerũt omnes viri diuitiarũ ⁊c̃.
¶ Sicut ſomnia ſunt quedã pꝛeludia futuroꝝ: ſic iſta: vñ
Hiero. vel Grego. Continuus ſucceſſus tempoꝛaliũ eter-
ne repꝛobationis certiſſimũ eſt iudiciũ: ſic cũ medicus cõ-
cedit infirmo omĩa que deſiderat: ſignũ eſt deſperationis.
pſ. Deſideriũ eoꝛũ attulit eis ⁊c̃.
¶ Sicut ſomniũ aſſecurat ſic iſta. Pꝛouer. xxiij. Eris qua
ſi doꝛmiens in medio mari.
21 ¶ Sicut de ſomno remanet tñ mẽoꝛia q̃ aĩm poti⁹ affligit
q̃ꝫ delectet: ſic de diuitijs Lu. xvj. recoꝛdare q: recepiſti ⁊c̃.
¶ Quia inflammatũ eſt coꝛ meum ⁊ renes
mei commutati ſunt: et ego ad nihilum re-
dactus ſum ⁊ neſciui.
¶ Hic oñdit ꝙ nõ tñ ꝓpter ꝓpꝛia pctã peribũt: ſed etiã q:
alios exẽplo ſuo ad pctm̃ inclinauerũt ⁊ oñdit de ſe in pſo
na debiliũ ꝙ ipſe peccauit ꝓpter eos. Pꝛio ꝓ pctõ inuidie
cũ dicit (q: inflãma. eſt coꝛ. m.) ardoꝛe inuidie: h̃ eſt qð ſu
pꝛa dixit: q: zelaui ſuꝑ iniq̃s. Eccli. viij. Ne incẽdaris flã-
ma ignis pctoꝝ illoꝝ. Scdo oñdit ſe peccaſſe pctõ inſtabi
litatis cũ addit (⁊ renes mei cõmu. ſunt). i. fact⁹ ſum inſta
bilis ꝯ temptatiões. pſ. Mutãtes trãſferanꝭ filij ei⁹ ⁊ mẽ-
dicẽt. Illa. ſ. mẽdicitate de q̃ Math. lij. Date nob de oleo
vr̃o: ⁊ ꝓpter renes põt in h̃ notari pctm̃ carnis qð regnat
in renibus viroꝝ: ſicut dicit Greg. ꝯ qð dicit dñs Lu. xij.
Sint lumbi veſtri p̃cincti. pſ. Vꝛe renes meos ⁊ coꝛ meũ.
Tertiũ in quo dicit ſe peccaſſe exẽplo maloꝝ eſt terreno-
rũ amoꝛ: vñ addit (⁊ ego ad nihilũ redactus ſum) ſequẽs
nihilũ terrenoꝝ. Aug. Si paleã ſequeris palea efficeris.
Quarto ꝑ ignoꝛantiã: vñ ſubdit (⁊ neſciui) pctm̃ meum.
Ambꝛoſius. piculoſiſſime egrotas q: te egrotare ignoꝛas
Oſee. vij. Comederũt alieni robur ei⁹ ⁊ ipſe neſciuit. Eſa.
xlij. Combuſſit eũ in circũitu ⁊ nõ cognouit ⁊ ſuccẽdit euꝫ
22 ⁊ nõ intellexit. Quintũ eſt ſtoliditas: vñ ſequitur.
¶ Ut iumentum factus ſum apud te: ⁊ ego
ſemper tecum.
¶ Ut iumẽ. fa. ſuꝫ). i. ſtolidus ⁊ poꝛtãs indifferenꝭ onera
dyaboli ⁊ dei: ꝯ qð dĩ in pſ. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mu
lus. q̃. nõ eſt intel. Joel. j. Cõputruerũt iumenta in ſterco
re ſuo. Job. xviij. q̃re ſum⁹ vt iumẽta ⁊ ſoꝛduim⁹ coꝛã te:
⁊ hoc (apud te) q̃ recte eſtimas nõ apud hoĩes q̃ me ſapi
entẽ dicebãt: ſapiã huius mũdi q̃ ſtulticia eſt apud deũ. j.
Coꝛ. j. et oñdit ꝙ licꝫ ſic peccare cũ fidẽ infoꝛmẽ habebat
vñ addit (⁊ ego) tñ (ſꝑ) fui (tecũ) ꝑ fidẽ infoꝛmẽ nõ receſ-
ſi a te ſeq̃ndo deos alienos: ſic leguntꝭ iſta ſm glo. vel ali-
ter põt legi in bono (q: inflã. eſt ⁊c̃.) ⁊ ſic cõtinuari põt ſu
pꝛa dixerat ſe ingreſſum in ſanctuariũ dei vbi multa didi
cit ꝓpter q̃ dicit (inflã. eſt coꝛ meũ) igne charitatꝭ Lu. xxiiij
Nõne coꝛ no. ar. erat in no. dũ lo. no. in via de ieſu. Greg.
Amoꝛ ſuggerit qð negat ingeniũ. Idẽ vires q̃s imperitia
denegat charitas ſubminiſtrat. ex hac aũt flãmatõne mul
ta bona ſequunꝭ. Pꝛimũ eſt cõmutatio voluptatũ: vñ di
cit (renes. m.). i. voluptates mee (cõmutati ſunt). q. d. gu
ſtato ſpũ deſipit oĩs caro. Eſa. xl. Qui ſpat in do. mu. foꝛ.
⁊c̃. de his renibus Leu. ij. p̃cipiꝭ vt renũculi offeranꝭ dño
in ſacrificiũ renes naturaliter intra coꝛp⁹ ſunt ſi extra po
nanꝭ male cõmutanꝭ: ita ⁊ delectatiões nõ debẽt eſſe de
exterioꝛibus rebus ſed de intrinſecis. i. ſpiritualib⁹. Eccli.
xxx. Non eſt oblectamentũ ſuper coꝛdis gaudiũ ⁊ iocũdi
tas mentis. hec eſt vita hoĩs. Itẽ (renes) in calida pin-
guedine debẽt ſedere. i. in feruẽti deuotõne. Secundũ qð
ſequiꝭ (ex inflãmatiõe) eſt humilitas: vñ addit (⁊ ego ad
nihilũ reda. ſum) ꝑ humilitateꝫ q̃ neceſſaria eſt poſt renũ
mutationẽ ne de ſanctitate eleueꝭ coꝛ. Job. xxx. Redact⁹
ſum ad nihilũ abſtuli q̃ſi ventus deſideriũ meũ. de hac an
nihilatiõe Pꝛouer. xix. Verte impios ⁊ nõ erũt ꝑ cõtrari-
um. Gal. vj. Siq̃s ſe exiſtimat aliq̃d eſſe cũ nihil ſit: ipſe ſe
ſeducit. Tertiũ eſt abſconſio ſuipſius: vñ ſequiꝭ (⁊ neſci-
ui) q: vera humilitas bona ſua homini abſcõdit. Grego.
Soli ſancti bona ſua nõ vidẽt q̃ alijs vidẽda vidẽt Quar
tũ eſt obedientia: vñ addit (vt iumentũ factus ſum apud
te) poꝛtãs ſine murmure onus dñi. Math. xj. Tollite iu-
gũ meũ ſuꝑ vos ⁊c̃. iugũ eñ meũ ſuaue eſt ⁊ onus meũ le
ue. Sꝫ ſunt q̃dam q̃ ſubijciũt ſe iugo obediẽtie ſed cũ eis
dura p̃cipiunꝭ reſiliũt: ꝓpterea ſequiꝭ. Quintũ ꝙ neceſſa
riũ eſt. ſ. ꝑſeuerantia: vñ dicit (⁊ ego ſemꝑ tecũ) non ſemꝑ
ſunt cum dño q̃ ad hoꝛam credũt: ⁊ in tẽpoꝛe temptatio-
nis recedũt: ſicut dĩ Lu. viij. Oſee. vij. Ve eis q̃ receſſerũt
a me: vaſtabunꝭ q: ꝑuaricati ſunt in me: ſed boni ſunt ſꝑ
cum dño. pſ. Et nõ diſcedimus a te. Ro. viij. Certus ſum
ꝙ neq̃ꝫ moꝛs neq̃ꝫ vita ⁊c̃. poterunt nos ſepare a charita-
te dei. Ex his autẽ mereꝭ homo triplicẽ gratiã. ſ. gratiam
cooperantẽ: pꝛoficientẽ: ꝑficientẽ. ſiue conſummantẽ que
tres notanꝭ in ſequenti verſu. 23
¶ Tenuiſti manũ dexterã meã: ⁊ in volũta-
te tua deduxiſti me: ⁊ cũ glĩa ſuſcepiſti me.
¶ Tenuiſti ma.). i. operationẽ (dexterã). i. bonã non ſini
ſtrã (meã) ecce coopatio ex pte nr̃a (tenuiſti) notat opati
onẽ ſiue cooperationẽ ex pte dei ſine quo nihil bonũ fit. j.
Coꝛ. xv. Non ego ſed gratia dei mecũ. Joh. xv. Sine me
nihil poteſtis fa. Eſa. xlij. Appꝛehendi manũ tuã ⁊ ſalua-
ui te. In hoc ergo notaꝭ gratia cooperans: cũ autẽ addit
(et in volun. t. dedu. m.) notaꝭ gratia pꝛoficiẽs (in volun
tate. t. i. ſcðm voluntatẽ tuã (deduxiſti me) de bono in me
lius: vel (in volun. t.). i. in p̃ceptis ⁊ in conſilijs tuis. pſal.
Deduc me in ſemitam mãda. tuo. q: ipam volui. gr̃a aũt
ꝑficiens ⁊ cõſummans notaꝭ cũ concludit (⁊ cum glĩa ſu
ſcepiſti me). i. ſuſcipies in futuro. Lu. xiiij. Tunc erit tibi
glo. co. ſimul diſcumben. tunc dicit nõ nũc h̃ vilitas in pꝛe
ſenti gloꝛia in futuro. Pꝛouer. xix. Gloꝛiam p̃cedit humili
tas: ⁊ ibi Lu. xiiij. ſtatim ſequiꝭ. Oĩs q̃ ſe exaltat humi. et
qui ſe hu. exalta. Iteꝫ põt hoc ſpũaliter dicere religioſus
(tenuiſti ma. de. meam) educendo me de ſeculo. Gen̄. xix.
Diſſimulante Loth exire appꝛehenderunt manũ eius et
manũ vxoꝛis ⁊ eduxerunt eũ (et in voluntate) nõ violen-
tia quia nõ recalcitraui. Math. vj. Fiat volũtas tua ſicut
in celo ⁊ in terra (tua) non mea Math. xxvj. Non quod
ego volo: ſed qð tu: ecce obedientia (deduxiſti me) vt
dux nõ cecus. Deu. viij. Qui eduxit te de terra egypti. i. de
mundo ⁊ ductoꝛ tuus fuit in ſolitudine. i. in religiõe: ⁊ tã-
dem ſequiꝭ pꝛimũ (⁊ cũ glĩa ſuſcepiſti me) vt expoſitũ eſt
vel in pñti etiam gloꝛia eſt homini ſerui deo cui ſicut dicit
Boetius. Seruire regnare eſt. Eccli. xxiij. Gloꝛia magna 24
eſt ſequi dominũ.
¶ Quid enim mihi eſt in celo: et a te quid
volui ſuper terram.
¶ Quarta ps vbi arguit ſe de pꝛioꝛibus comparans pꝛe-
miũ eternum volũtati ſue pꝛioꝛi: vnde dicit (quid enim)
q. d. bene dico ꝙ ſuſcipies me cum gloꝛia (eñ) id eſt quia
(quid) admiratiue ⁊ indeterminate (mihi eſt in ce.). q. d.
magnũ ⁊ admirabile quia quod oculus non vidit nec au
ris audiuit nec in coꝛ hoĩs aſcendit q̃ pꝛeparauit deus
diligẽtibus ſe. j. Choꝛ. ij. ⁊ Eſa. lxiiij. (et a te quid volui ſu-
per terrã). q. d. nihil eſt illud quod cum ardenti deſiderio
(volui a te) magnam iniuriam facere regi qui peteret ab
eo inſtãter ſtercus vnũ de ſterquilinio ſuo. tẽpoꝛalia ſunt
ſtercoꝛa q̃ non ſunt digna vt a tanto domino petantur.

Phil.iij. Arbitror vt ſtercora Math.vij. Primū querite reg.dei.i.magna Joh.xvj. Uſqꝫ mō nō petiſtis quicqꝫ.q.d.ſ nihilū.ſ.tpalia:ſ h petunt q2 illa nō cogitāt qui eīn il la amaret iſta nō quereret ſ ptēneret: vñ dicit Greg. Qui celeſtis vite dulcedinē inqʒtum poſſibilitas admittit pfecte cognouerit ea q̄ in terris amauerat libēter cūcta derelinquit. Idē fortis eſt vt mors dilectio: q2 ſicut mors interimit corpus: ita ab amore rez corpaliū eterne vite charitas occidit qd ⁊ in ſe factū iſte aſaph oñdit cū ſubiungit.

25 Defecit caro mea ⁊ cor meum: deus cordis mei ⁊ pars mea deus ineternum.

(Defecit caro mea) .i. voluntas carnalis defecit ex pguſtatōe celeſtis dulcedinis: q2 ſicut dicit Greg. Guſtato ſpiritu deſipit oīs caro (⁊ cor.m.) .i. cogitatio mala q̄ de corde pcedit Math.xv. De corde exeūt cogitatiōes male: ⁊ his deficiētibus cor deū eligit ⁊ diligit: vñ addit (deus cor. mei) ſupple eſt reformare ſicut ſupra petebat dauid. Cor mundū crea in me deus: ⁊ ſpi.re.inno.in viſ.me. (⁊ pars mea deus) .q.d. ptemptis terrenis deū elegi: vt ſis pars ⁊ portio mea. Ps. Dñs ps here.mee Ezech.xliiij. Poſſeſſionē nō dabitis eis: ego eīn poſſeſſio eoꝝ (ineternū) Luce x. Maria optimā partē elegit q̄ non aufe.ab ea. Sm hunc modū exponit Gilibertus hunc verſum dicēs (defecit caro mea ⁊ cor meū ⁊c.) vt nec carnalis affectus nec cordis mei ſenſus reſpiret: ſ ſic deus cordis mei ps: ſi hanc partem pdidero inanis ⁊ vacuus remanebo qſi terra ſitiens ⁊ qſi vas pditum: ⁊ ita vacuo vaſi tuo plenitudinis portionē infunde q̄d parcis torrēti voluptatis: heu quaſi raptim tranſit torrēs iſte nr̄is in conuallibus ſ trahunt me poſt ſe inetnū deſideriū delicie ipartite: vel i pſona iuſti tēptati pōt legi vt dicat (q̄d mihi eſt in ce. ⁊ a te quid vo.ſup ter.) .q.d. nullā dñe pſolationē immittis mihi de celo ⁊ tñ nihil terrenuʒ quero a te (defecit) in tentationibus (caro mea) q̄ ad carnalia (⁊ cor meū) quo ad ſpūalia.ij. Cor.j. Supra modū grauati ſumus ſupra virtutē: ita vt tederet nos etiā viuere: ſ in nobis reſpōſum mortis habuimus: vt nō ſimus fidētes in nobis ſ in deo ⁊c. ideo ſequit (deꝰ cordis mei) ⁊ nō dicit quid vt multa ponamus: vñ vſus.

Versus
Exemplū ſocius medicus merces pr actor.
Uſtor doctor amor ſpes laus patiētia virtus.

R
Qualr xp̄s ſit nobis i 15.

Xp̄s eīn eſt (exemplū) nr̄m. Sm illud.j. Pet.ij. Xp̄s paſſus eſt p nobis vobis relinquēs exemplū ⁊c. Item (ſocius) Eſa.xlj. Ne timeas q2 ego tecū ſum (medicus) Job v. Ipſe vulnerat ⁊ medet (merces) Gen.xv. Ego ptector tuus ⁊ merces tua mecū magna nimis. Itē (pater) Heb. xij. Quis eīn filius quem nō corripiat pr. Item (actor) ⁊ ideo amator Sap.xj. Nihil odiſti eorum q̄ feciſti. Item (vſtor) Ps. Ure renes meos ⁊ cor meū. Itē (doctor.ps. Deus docuiſti me a iuuētute mea. Eccle.ij. Loquar ad cor eius. Item (amor) .j. Joh.iiij. Deus caritas eſt (⁊ ſpes) Ps. Spes mea a iuuētute mea. Item (laus) Ps. Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs. Item (patiētia) Ps. Qm̄ tu es patiētia mea. Item (virtus) Ps. Deus nr̄ refu. ⁊ vir. (⁊ pars mea deus ineternum) Hiero. Dedignat eīn cuʒ his tranſitorijs fieri pars nimis auarus eſt cui nō ſufficit deus: ⁊ dico (mea) nō oīm q2 nō impiorum qui a deo recedunt ⁊ elongāt iſtoꝝ nō eſt ps deus: vñ addit.

26 Quia ecce qui elongant ſe a te peribūt: pdidiſti omnes qui fornicant abs te.

(Quia ecce ⁊c.) elongant ſe qui petm̄ faciūt. nihil eīn aliud elōgat hoīem a deo niſi mortale petm̄ h eſt chaos magnū firmatū inter deū ⁊ petōres Iſa.lix. Iniquitates vr̄e diuiſerūt inter vos ⁊ deū vr̄m ⁊c. Prouerb.xv. Longe eſt dñs ab impijs Job.xxj. Qui dicūt deo recede a nobis ſed contra nōne dñs vbiqꝫ eſt Hiere.xxiij. Deus e vicino ego ſum ⁊ nō deus delonge: ⁊ in eodem celum ⁊ terrā ego impleo. Solutio ppe eſt dñs malis p iuſticiā: longe aūt per gratiā: ⁊ iō etiā dicit (qui elongāt ſe a te) nō te aſſe cū ſemper ppe ſis: vel p gratiā vel p iuſticiā Luc.xv. Congregatis oīnibus adoleſcētior filius pegre pfectus eſt in regionem longinquā: ⁊ ibi diſſipauit ſubam ſuā (pibunt) merito perit qui ſe a vita elongat ⁊ dicit (ecce) q2 ⁊ cito ⁊ apte veniet dānatio eoꝝ Sap.vj. Horrēder cito apparebit vobis: qm̄ iudiciū duriſſimū eſt his qui pſunt ⁊c. Cū qſi facta eēt de dānatōe eoꝝ ſbdit (pdidiſti oēs q̄ for.abs te) pdidiſti.i.pdes: ſ vt dictū eſt ita certus eſt iam de h ac ſi pteritū eſſet vel (pdidi.) iam in pſcia oēs ſine pſonaꝝ acceptōe.ij. Paral.xix. Non eſt apud deū nr̄m iniquitas: nec pſonarū acceptio: nec cupido munerū (qui forn.) corpali fornicatōe: vel ſpūali.ſ.infidelitatis vel etiā cuiuſcūqꝫ pcti mortalis.j. Cor.vj. Neqꝫ fornicarij neqꝫ ydolis ſeruientes: neqꝫ adulteri: neqꝫ molles: neqꝫ maſculoꝝ concubitores: neqꝫ fures: neqꝫ auari: neqꝫ ebrioſi: neqꝫ maledici: neqꝫ rapaces regnū dei poſſidebunt (abs te) ſupple abſtractus ⁊ illectus tpalibus Jacobi.j. Abſtractus et illectus a pcupia ſua ⁊c. vel ſic (perdidiſti) .i. amiſiſti quia amittit dñs ⁊ quodāmodo ignorat eos qui elongati ſunt ab eo p petm̄ mortale: vñ queſiuit adam pditū Gen.iij. Adam vbi es: ⁊ pcipue pditi ſunt ei fornicatores: q2 econtrario caſti ſunt cum eo ⁊ pximi ei Sap.vj. Incorruptio facit eſſe pximū deo: infra illi qui elōgāt ſe a te pibunt.

Mihi aūt adherere deo bonum eſt: ponere in dño deo ſpem meam. 27

(Mihi aūt) nō elongari (ſed adherere deo bonū eſt) nō tpalibꝰ. Ps. Adheſit paui.aīa mea vbi dicit alia lr̄a (pulueri) .i. tpalibus. Item nō meretricibus.j. Cor.vj. Qui adheret meretrici vnū corpꝰ efficit: ⁊ ita qui adheret deo vnus ſpūs eſt. Tria aūt faciūt adherere rem alteri rei. ſcʒ funes claui glutē: funes.i. pudor ſeculi et melior pmiſſio claui.i. timor gehenne. glutē.i. charitas q̄ tria vincula aſſignat he. Bern. hunc verſum ſic exponēs (mihi adherere deo bonū eſt) mira res quō pñt tam diuerſa piūgi q̄ puētio illiꝰ q̄ nō ē ad illū q̄ ē nō imediate ſ mediate poterit fieri iſta piunctio: ⁊ infra tria ſunt vincula ⁊ ſola q̄bus ligatur oē qd ligat. primo funes. ſcdo claui lignei vel ferrei. tercio gluten. Primū pſtringit fortiter ⁊ dure. Scdm fortius ⁊ durius. Terciū ſuauiter ⁊ ſecure: fune alligatus eſt redemptor q̄ dum vehemēter tentatus eſt ppoñit ſibi intuitū honeſtatis memoriā pmiſſionis: ⁊ h interim fune ſe retinet ne penitus abrumpat: durū pfecto vinculum ⁊ moleſtū ⁊ qd diu retinere nō poſſit: putreſcūt eīn funes ⁊ pudoris vinculū: aut cito obliuiſcimur: aut abrūpimus: eſt aūt q̄ clauis pfigit quē timor dei ligat q̄ nō vultus hominū ſ penā timet gehēnaliū tormētoꝝ: ⁊ hic quidē non peccare metuit ſ ardere durius ⁊ fortius vinculat iſte q̄ʒ primus q2 ille vacillat in pposito: iſte aūt ppoſitū nō amittit. Tercius glutino.i. charitate tam ſuauiter q̄ʒ ſecure ligatus deo adherēs vnꝰ ſpūs eſt. ⁊ infra dicit idē b. Bern. Itaqꝫ xp̄s p ligat. ſcdo crucifigit. tercō glutinoſa aromatū inunctōe linit: ⁊ attēde q̄ vir vnꝰ diei ſpacio in funibꝰ ⁊ clauis moratus cū vnctōe victor victurꝰ phēniter reſurrexit (ponere in dño deo ſpem meā) ponere dicit nō fluctuare (in dño) nō in alio.j. Pet.v. Oēm ſollicitudinem vr̄am pijciētes in eum.

Tria q̄ faciūt adherere alicui rei

Ut annunciem omnes pdicatōnes tuas in portis filie ſyon. 28

(Ut annūciē) recte poſt adheſionē deo ⁊ ſpē ſequit alijs pdicare: pdicator eīn pcipue ad amorē dei ⁊ ptēptū tpaliū inuitare dʒ: ⁊ pter h dicit (vt annūciē oēs pdi.t.) .i. oia q̄ de te pdicāda ſunt: nō tm̄ vnū (in portis filie ſyon) .i. eccleſie q̄ eſt filia ſyon.i. ſpeculatōis.i. ecclie triūphātis q̄ deū facie ad faciē ſpeculat (oēs pdicatiōes) ſeptē ſūt pdicatōes ſiue ſeptē gn̄a pdicādoꝝ q̄ notant h verſu.

Sacra fides virtus viciū laus pnia pene (ſacra) .ſ. ſacra de primo.ſ. de baptiſmo habes Joh.iij. Niſi qui renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſctō ⁊c. De eucharíſtia Math.xxvj. Hoc eſt corpus meū ⁊c. de pfirmatōe Act.viij. de coniugio Math.xix. Qd deꝰ piūxit hō nō ſepet. de pnia Mathei.iiij. Pniam agite. de ordie Lu.vj. Hos ⁊ aplos noiauit. de inunctōe Marci.vj. ⁊ Jaco.vl. in fi. Infirmat q̄s in vobis ⁊c (fides) de q̄.j. Joh.v. Hec ē victoria q̄ vincit

Versus
M
Nota ſeptē gn̄a pdicādoꝝ.

mundū fides nr̄a (virtus) Math.xj. Diſcite a me q: mi
tis ſum.j. Pe.ij. Qui vos vocauit i admirabile lumē ſuū
vt virtutes eius annūcietis (viciū) p̄dicandū eſt.i. in p̄di
catōe deteſtandū ꝛ arguendū Math.xxiij. Ve vobis ſcri
be ꝛ phariſei ypocrite Mich.iij. Repletus ſum fortitudi
ne ſpūs dñi iudicio ꝛ veritate vt annunciē Jacob ſcelus
ſuū ꝛ iſrl' pctm̄ ſuū (laus) dei ꝛ ſctōꝝ Eſaie.xlviij. Laude
mea infrenabo te ne intereas Eccli.xliiij. Laudemꝰ viros
glorioſos (p̄mia) Math.v. Beati paupes ſpū: qm̄ ip. eſt
reg.ce. (pene) Math.iij. Progenies viperarū q̄s demon
ſtrabit vobis fugere a ventura ira (in portis) dicit non in
angulis ſicut heretici Deut.xvj. Iudices ꝛ iudices cōſti
tue in oībus portis tuis.

Ps.lxxiij. Pſalmus LXXIII

1 Vt quid deus repuliſti in finē: ira-
tus eſt furor tuus ſup oues paſcue
tue.

Titulus (Intellectus aſaph) Supra ꝯqueſtus eſt de p
ſperitate maloꝝ: hic aūt ꝯquerit̄ de excidio hieroſolymo
rum ꝛ ppli iudeoꝝ orans vt reuocent̄. Item ſupra oſten
dit q deo adherendū ſit in h̄ ps̄. docet quō adherendū ſcꝫ
dimittēdo legalia ꝛ veritatē amplectēdo: ꝛ hic eſt (intelle
ctus aſaph) .i. fidelis ppli q̄ intelligit q tranſierūt figure:
ꝛ q veritas venit ꝛ q eterna querēda ſunt nō tpalia. de q̄
intellectu agit h̄ ps̄. Et pter h̄ ſic intitulatus eſt. Intenti
one monet vt relictis figuris veritas teneat̄: ꝛ ꝯtemptis
tranſitorijs eterna querant̄. Modus tripartitus eſt ps̄.
Primo deſcribit euerſionem hierl'm ꝛ querit cām illius ꝛ
orat p pplo repulſo vt obliuioni nō tradat eum deus ꝛ p
vltiōe inimicoꝝ. Scdo oſtēdit ſalutē factā in medio terre
p aduentum xp̄i: ibi (deus aūt rex nr̄) Tercio p̄cat̄ vt qd̄
alijs fit. Fiat etiā iudeis: ibi (memor eſto) deplorās ergo
euerſionē hierl'm ꝛ iudeoꝝ dicit (vt q̄d deus repuliſti) nos
ita. ſ. q nō defendis nos (in finē) .i. ex toto q: nec ciuitatē
nec templū defendis Tren.ij. Repulit dñs altare ſuū ma
ledixit ſanctificatōi ſue: tradidit in manus inimici muros
turriū eius: vel (in finē) .i. vſq: in fine ſeculi in q̄ ꝯuertent̄
Eſa.x. Si fuerit ppl's meus iſrl' q̄ſi harena maris reliquie
ꝯuertent̄ ex eo nec tm̄ repuliſti: ſ; (ꝛ iratus eſt fu.tu.ſu.o.
paſ.t.) .i. ſup iudeos q̄s pauiſti in deſerto māna ꝛ in terra
pmiſſionis abundātia fructuū terre lacte ꝛ melle manan
tis: aggrauat aūt fletū ſuū multiplr'. Primo a magnitudi
ne repellentis cū dicit (deus repu.) Scdo a diuturnitate re
pulſionis: ibi (in finē) Tercio ab acerbitate pene: cū dicit
(ira.eſt fu.t.) Quarto ab infirmitate repulſorū cum dicit
(ſup.o.) Itē allegat q eos iuuare deberꝫ p h̄ q vocat eos
(oues paſ.dei) Itē p h̄ qd̄ ſunt poſſeſſio eius: vn̄ addit.

A De excidio ciuitatis hieruſalē ꝛ iudeorū p romanos facto.

2 Memor eſto congregationis tue: quam
poſſediſti ab initio.

Memor eſto ꝯgregatōis tue) .i. ppli iſrl' (quam poſ.ab
ini.) Deu.xxxij. Pars aūt dñi ppl's eius iacob funiculus
hereditatis eius. Item p bn̄ficium qd̄ eis p̄ſtitit educēdo
eos de egipto: vn̄ addit.

3 Redemiſti virgam hereditatis tue: mōs
ſyon in quo habitaſti in eo:

Redemiſti) de egypto (virgā here.t.) .i. virgā heredita-
riā .i. pplm̄ iudeoꝝ qui p̄ fuit virga recte incedēs in cultu
vniꝰ dei: ꝛ poſt factꝰ eſt ſerpēs vile q̄d ꝛ tortuoſū p pctm̄.
Iterū fiet virga qn̄ reliq̄e iſrl' ſalue fient: ꝛ q̄ ſit illa virga
ſiue hereditas aptius ſubdit dicēs (mōs ſyon) q̄ſi illa he
reditas eſt mons ſyon. ſ. hierl'm (in q̄) mōte (habitaſti) .q.
d. ſ. corpaliter factus hō (in eo) .ſ. mōte: ꝛ eſt inculcatio cū
ſupradixerit in q̄: vn̄ dicit Aug. q in eo ſupfluit de hac ha
bitatōe ps̄. Habitatio eius ex ſyon: poſtq; rogauit p ſuis
vt eis ſit deus ꝓpitius ꝯſequēter rogat p inimicis eoꝝ: vt
de ipſis vindicta ſumat̄: vn̄ dicit.

4 Leua manus tuas in ſupbias eorū in fi-
nē: quāta malignatus eſt inimicus in ſctō.

Leua ma.t.) ad vindictā (in ſupbi.) .i. ꝯ ſupbias (eoꝝ)
qui deſtruxerūt irl'm: ꝛ h̄ facias: ꝛ ſi nō ſtatim (tn̄ in fine)
.i. poſtq; eoꝝ ſupbia alios calcauerit: vl' ſic (in fi.) .q.d. nō
ad eoꝝ dānationē peto vt extēdas: vel (leues manꝰ) ſ; ad
eoꝝ correctōꝫ. ſ. vt ducas eos (in finē) xp̄m: vel ſic (i fiuē)
.i. vſq; in finē .i. donec finiat̄ ꝛ annihilent̄: ꝛ ipſi h̄ merue-
rūt: q: (quāta ma.eſt ini.) romanꝰ exercitꝰ (in ſctō tē.) .i.
quāta maligne opatꝰ eſt ibi admiratiue dicit (quanta) q:
multa mala ibi fecer̄t dānādo tēplū ꝛ miniſtros eiꝰ ꝛ oēs
iudeos occidēdo vel captiuādo. Ps̄. Deus ve.gē. in her.
tu.pollu tē.ſ.t.ꝛc. Tren.j. Miſit manū ſuā hoſtis ad oīa
deſiderabilia eiꝰ: qm̄ vidi gētes ingreſſas i ſanctuariū tuū

Et gloriati ſunt qui oderunt te: in medio 5
ſolennitatis tue.

Et glo.ſ.q̄ ode.te) nō tibi ſ; potētie tue victoriā de nobis
factā aſcribētes: ꝛ h̄ (in me.ſo.t.) paſcalis: q: .xlij. āno pꝰ
paſſionē dñi die q̄ ipſi xp̄m crucifixerūt cū cēnt cōgregati
oēs ad diē ſolennē a Tyto ꝛ Veſpaſiano capti ſunt ꝛ paſ
ſi ꝛ interfecti a romanis ꝛ hirl'm deſtructa: ſicut dicit bea-
tus Hieroꝰ. ſup illud Hiere.xij. Congrega illos ſicut gre
gem ad victimā ꝛ quō (gloriati ſunt) ecce ſequit̄.

Poſuerunt ſigna ſua ſigna: ꝛ non cogno
uerunt ſicut in exitu ſup ſummum. 6

Poſuerūt ſi.ſua) .ſ. vexilla in ſignū victorie: ꝛ h̄ pl'a. vn̄
cū dolore repetit (ſigna) poſuer̄t dico (ſup ſum.) tēplū (ſi
cut in exi.) viaꝝ ſolet fieri: vel ſicut ſolet fieri (in exitu) .i.
in portis (ſup ſūmū) locū. q: i altiori ꝛ emētiori loco ſolēt
poni hmōi ſigna victorie vt ab oībꝰ videri poſſint (ꝛ non
cōguerūt (q h̄ nutu dei ꝛ ptāte fieret ſ; ſibi aſcribebant ꝛ
aduertēdū ē q vt magis deū ꝓuocet ad vindictā: multuꝫ
aggrauat h̄ pctm̄ romanoꝝ vl' etiā chaldeoꝝ. Primo em̄
oñdit q̄litatē peti cū dicit (in ſupbi.) Scdo q̄titatē cū di-
cit (quāta) Tercio prauitatē cū dicit (malignatꝰ ē) Quar
to circūſtātiā loci cū dicit (in ſctō) Quito blaſphemiā cū
dicit (ꝛ gl'iati ſūt) Sexto obſtinationē cū dicit (q̄ oderūt
te) Septio circūſtātiā tpis cū dicit (in me.ſo.t.) Octauo
arrogātiā cū dicit (po.ſig.ꝛc) Nono infideles cū dicit (ꝛ
cōgue.) Moralr' dicit vir iuſtꝰ orās ꝛ dep̄cās p pctoribꝰ
(vt q̄d) dñe (deꝰ) piusꝛ miſericors (repellis) pctōres (in
finē) .i. finalr' repellit̄ em̄ nō i finē q̄ p̄ peccās tādē in pnia
morit̄ ſ; repellit̄ i finē q̄ i pctō morit̄ ꝯ qd̄ ſupra ps̄. Exur
ge.ſ. ad adiuuādū ꝛ ne repellas i finē ꝛ ſ. Illiu.o.m. neun
q̄ obdor. in morte. ipnia aūt ſubditoꝝ multotiēs cām ſu
mit de pctō p̄latoꝝ q̄ ꝓpt̄ h̄ grauiꝰ dānabunt̄: vn̄ ſignantē
adiūgit (iratꝰ ē fu.t.ſu.o.paſ.t.) nō dicit ouibꝰ ſ; (ſup.o.)
q.d. iratꝰ es illis q̄ ſūt ſup oues. ſ. p̄latis: Vn̄ Hiere.xxiij.
Ve paſtoribꝰ q̄ diſpgūt ꝛ dilacerāt gregē meū dicit dñs.
Et Ezech.xxxiiij. Ve paſtoribꝰ iſrl' q̄ paſcebāt ſemetipos
q.d. nō paſcebant oues v̄bo diſcipline vel exēplo vite vel
tpali ſubſidio aīe vel elyme: nuſq; dī ve ouibꝰ ſ; ve paſtori
bus freq̄nt̄ dī q: facti ſūt lupi Ezech.xxij. Pricipes eiꝰ in
medio eiꝰ q̄ſi lupi Math.vij. Attēdite a falſis ꝓphis qui
ve.ad vos in veſt.o.in. aūt ſūt lu.rapaces (mēor eſto con
gre.tue) .q.d. ne iraſcaris malicie paſtoꝝ: ſ; miſerearis igͣ
rantie ꝛ ſimplicitati ouiū Neemie in fine. Memēto mei
dus in bonū (quā poſ.ab ini) poſt baptiſmū ſ; nunc ſub-
traxerūt ſe a tua poſſeſſione ꝛ ſe fecerūt poſſideri a diabo
lo Abac.j. Totū ſubleuauit in hamo traxit illud in ſage-
na: ꝛ poſt incraſſata eſt ps eius Eſa.xxvj. Dñe poſſederūt
nos abſq; te: ꝛ vt eos poſſideres: redemiſti ꝓprio ſangui-
ne.j. Pet.j. Non corruptibilibus auro vel argēto redem
pti eſtis de vana vr̄a traditōe paterne traditōis: ſ; p̄cioſo
ſanguie q̄ſi agni incōtamiati ꝛ imaculati xp̄i ieſu.j. Cor.
vj. Empti eſtis p̄cio magno glorificate ergo ꝛ portate de-
um in corpore veſtro. Augꝰ. Homo appende te ex p̄cio.
(virgam hereditatis tue) id eſt eccleſiam que recta debet
eſſe ꝛ ad eius rectitudinem debēt omnes ſe rectificare: et
ipſe oſtendit ei regulam ꝛ eam regulauit in ſanguine ſuo
ꝛ in hereditatem ſibi acquiſiuit moriēs p ea Eph.v. Xp̄s
dilexit eccleſiam ꝛ tradidit ſeipm̄ p ea vt illam ſanctifica
ret: ꝛ poſt addit: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſā eccleſiā nō
hn̄tē maculā neq; rugā: ecce rectitudo v̄ge.j. Joh.iij. in h̄

B Moralr'. in pſona viri iuſti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf